

*Hyacinthum Serry Primar. Theol. Patavin. conantem Pontificiam Infallibilitatem certis terminis circumscribere. Auctore Fratre Aloysio Maria Lucino Ord. Præd. Commis. Generali S. Officii. Mediolani, ex prælis Agnelli SS. Inquisitionis Typographi, 1736. in 8. pp. 160. Hostiles hoc Lucini impetus ut frangeret Serrius primævum Opus: De Romano Pontifice, pro more suo ad trutinam revogatam, magna rerum accessione auxit, & illustravit; & ea omnia quæ in prælaudatis Opusculis Adversarius probare contenderat, novis ipse rationibus, & argumentis, evertere conatus est. Autographum Operis in Bibliotheca Conventus S. Augustini de Patavio servatum, sic inscribitur.*

*XL. De Romano Pontifice in ferendo de Fide moribusque judicio, falli & fallere nescio; eodemque Conciliis Ecumenicis auctoritate, potestate, jurisdictione, Superiori: Dissertationes duæ secundis curis recognita, illustrata & a calumnia vindicata. Accedit Appendix multo auctior de mente Ecclesie Gallicana, & Academiæ Parisiensis, circa duo illa sedis Apostolicæ privilegia. Auctore Fr. Jacobo Hyacintho Serry Ord. Præd. S. T. M. & in Academiâ Patavina primario Sacre Theologiæ Professore. Editio Secunda magna rerum accessione aucta, & illustrata.*

Ne nobis in crimen vertere possit Lector, quod vel minimam Serry Opellam omiserimus, sequentes quoque subjicimus.

*XLII. Atti della controversia Letteraria insorta in Padova tra alcuni Professori di quel famosissimo studio per causa dell' Epitafio del Signor Conte Daniello Antonini, seppelliro in Coro di S. Agostino dell' Ordine de' Predicatori. In 4. senza luogo, anno, e nome dello Stampatore. Volumen hoc continet: Epistolam criticam, Juris Fontaniani Ancirano Episcopo vulgo tributam, datam vero Romæ anno 1736. ad Amicum, qui ei Epitaphium transmiserat, ejusque deposedit judicium; Apologiam insuper Latino idiomate exaratam ab Antonio Arrighi; & sex tandem Epistolas mox memoratam Apologiam discutientes, quæ licet Romæ editæ primo apparuerint, tamen Patavinam Urbem pro patria, Serrium pro parente habuisse plures mordicus sustinere.*

Ingravescente demum ætate Magister Serry natione Gallus, cum diu habuisset in votis, ut res Gallicanæ Ecclesie tandem cum Sede Apostolica componerentur; turbaque omnes quas factiosi quidam homines Augustinianæ ac Thomisticæ Scholæ jurati hostes, male imo pessime celebri Bulla Unigenitus recens tunc data, qua Quæsnelli propositiones jure proscribebantur, abutentes tanquam eorum Patrum dogmata simul confingerent, damnati Auctoris sensum velut ex iis haustum interpretantes, excitaverant, omnino aliquando quiescerent, Sanctorumque Doctorum sensus purior, ac vegetior semper claresceret, Opus edidit sic inscriptum:

*XLIII. Theologia Supplex coram Clemente XII. Pontif. Max. Clementina Constitutio- nis, Unigenitus Dei Filius &c. explicationem, atque intelligentiam submisit rogans; ad Catholicarum Scholarum libertatem, indemnitatem, ac pacem; ad purioris saniorisque doctrinæ tutelam; ad Sacrorum Conciliorum ac Patrum defensionem; ad Hæreticorum, protervorumque hominum indistincta illa ambiguarum propositionum damnatione turpiter abutentium confusionem, ac dedecus sempiternum. Colonia, 1736. in 8. pp. 252. Gallico postea idiomate versum fuit, & illi adjecta Præfatio.*

Adversus Supplicem Theologiam typis prodiit: *Colloquium Patavinum, inter Publium, & Neovium &c.* quod Serrius, statim ac per publicum Cursorem ad eum transmissum fuit, immediate eodem die, paucarum horarum spatio sequenti Epistola refutavit.

*XLIII. Colloquii Pavini calumnia depulsa: seu ad Clariss. Virum Epistola apologetica, in qua Colloquium Patavinum inter Publium, & Neovium ignorantiæ, fraudis, calumnie convincitur, appictis ad singula illius capita Notis censoriis, & anticriticis. In 4. pp. 15.*

Inlurexit etiam contra eandem Serry Theologiam Supplicem Fr. Pius Vandendyck Ord. Præd. sequenti dato volumine: *Clementina: Unigenitus, a nuperis Anonymi Auctoris dubiis vindicata. Hoc est, Theologia Supplex refutata, brevi, sed clara 101. Propositionum Paschasti Quæsnelli ex ipsismet damnati Auctoris verbis pleurumque desumpta explicatio. Per Fr. Pium Vandendyck Ord. Præd. Sac. Theol. Mag. in Universitate Lovanien. Licentiatum, Theologum Casanansensem, Belgam, Romæ, 1738. ex Typographia Joannis Zempel Austriaci. At cum eo ipso anno Magister Serry mortalitatem exiisset, intactam a responsione Opus reliquit.*

Postremo hoc loco, quasi pro coronide eorum, quæ vivens lucubraverat Vir iste Doctissimus, addere liceat.

*XLIV. Orationes ad Paronymos suo licentiæ invitorie cum florenti adhuc ætate esset Præsentatus; quarum apographum, teste Jacobo Echard, apud Fratres Parisienses Sancti Honorati servabatur. Existant quoque Patavii apud suos Orationes aliæ, quas noster Auctor Lauream Theologicam Candidatis conferendo recitare solitus erat. Ex his autem nonnullæ huic editioni addicere operæ pretium duximus, ut ejus eruditionem atque solertiam etiam in rebus parvi momenti benevolus Lector deprehendat.*

Addere præterea liceat nonnulla ejusdem Carmina; nec enim dedecet Virum Theologum, relaxandi animi gratia, Parnasi quandoque collem scandere, multasque honestiores amicas habere. Cecinit autem;

*XLV. Carmen Eucharisticum in laudem R. P. Natalis Alexandri Magistri sui. Hoc sane elegantissimum, eleganterque scriptum amicis visendam exhibebat.*

*XLVI. Brixia mercens ereptum sibi Præsulem queritur. Item: Patavium exulans afflictam Brixiam consolatur. Binas has admodum elegantes Elegias edidit, dum Eminentissimus Joannes Franciscus S. R. E. Cardinalis Barbadius e Brixienti Sede in Patavinam translatus, solemnî ritu, atque communi acclamatione Patavii exciperetur. Plura alia Carmina multo sæpe condita Manuscripta servabantur in Bibliotheca S. Augustini Fratrum Prædicatorum de Patavio.*

*XLVII. Integram, absolutamque Operum hujus præclarissimi Auctoris seriem complebit Opus posthumum, nempe: Prælectiones Theologica - Dogmatica - Polonica - Scholastica habita in celeberrima Patavina Academia a P. M. Fr. Jacobo Hyacintho Serry Ord. Prædicatorum Sorbonico ac Primario ibidem Theologiæ Professore. Opus posthumum in quinque Volumina distributum. Venetiis apud Thomam Bettinelli, 1742. in 4. Prælectiones has grati animi causa erga Præceptorem suum de se, ut fatetur, optime meritum, typis donatas voluit Camillus Manetti Utinensis, J. U. D. Optabat vir ille Clarissimus in Præfatione (cujus verba ipsa per se in nostra usurpavimus) ut omnia, quæ longo quadraginta annorum spatio tam luculenter, tanquam Auditorum frequentia, omniumque plausu, præstantissimus noster Theologus disputaverat, facta ad nos pervenissent. Nil sane aut perfectius, aut excellentius ad absolutissimam Theologiæ tractationem adornandam desiderari potuisset. Verum si quod in propria parvi admodum faciens, facile aliis sua concederet exscribenda, imo autographa ipsa liberalissime largiretur, a quibus quidem repetere nequaquam juvat; si quod temporis injuria, aut alio, quo nescimus fato, perierint, merito dolendum est tot, talibusque facundissimi ingenii fatibus nos fuisse spoliatos. Hinc eas tantum Serrianas Prælectiones, in Republica Litterariâ commodum, edere potuit Manettus (paucas certe earum, quas tam longo tempore ipse habuit, comparatione) quas mitior fortuna servavit; quasi qui ex copiosa messe, huc illucque discurrens, spicas legit, aut qui pretiosarum mercium secuto naufragio, leviora studio colligit, quæ litori æquora amandant. Has igitur in præclaro suo ordine collocavit, suisque Tractatibus reddidit; & in primo quidem Volumine eas, quæ sunt: *De Infallibili Trinitatis Mystero: De Mundi Opificio, Protoparantibus, & Paradiso Terrestri: ac de variis Humana Natura Statiis; ubi de peccato Originali & de Hæresi Janseniana ad quinque famosas Jansenii Propositiones a S. Sede proscriptas. In volumine altero, quæ: De Deo Homine factio. In Tertio: De Divina Gratia: De Scientia Dei: De voluntate Dei: De Fide: De Symbolis: De Scriptura Sacra: De Traditione: De Ecclesia. In quarto: De Conciliis: De Sacramentis in genere: De Baptismo: In quinto tandem: De Circumcisione: De Baptismo Joannis: De Confirmatione: De Matrimonio: De Pœnitentiâ: De Timore & Amore Dei: De Merito Sanctorum: De Indulgentiis: De Jubilæo: De Censuris: De Excommunicatione: De Suspensione: De Interdicto. In calce, vel in corpore præterea singulorum Voluminum (occasione arrepta) nonnulla celebriora Auctoris ejusdem Opuscula, jam avide distracta, avidiusque propter eorum raritatem experta, prout iusta illorum moles patebatur, adjecta sunt, quorum jam hac ipsa in ejus Operum serie suis unicujusque locis mentionem fecimus. Monumentum tamen Lectorem hic volumus: Prælectiones istas non omnes plenissime, ut ipse pronuntiaverat, exhiberi, sed breviores plurimas, & contractiores. Is enim, usitatam dicendi rationem secutus, quæ non dictando aut legendo, sed memoriter differendo Professoribus sua tradere solent; satis sibi esse arbitratur, si ea duntaxat scripto committeret, quæ potiora, atque intimiora pertractandæ materiæ videbantur, magisque agitandæ quæstioni necessaria; cætera vero, quæ ex cathedra pronuntiabat quam copiosissime, memoria solummodo, quæ mire pollebat, consignabat. Certo quinimo certius est, postremis saltem vitæ suæ annis, quod facta eorum quæ dicturus erat, parva in pagella quam brevi Synopsi, menteolvebat eo exiguo temporis spatio, quo a Cœnobio ad Lycaum rheda vehebatur, (senio enim confectus pedes difficulter incedebat) ea quæ integra, & amplius hora edocens differebat. Hæc eadem fortasse causa fuit, quod testimonia nonnulla in argumenti sui confirmationem prolata, integro licet sensu, verba interdum variarentur, vel non eo loco, unde se illa hausisse indigebat, petenda essent; cum id Viro memoriter differenti quam facillime contingere possit; ni potius dicere velimus Amanuentium raptim ea, quæ is oretenus dictabat, si ve differendo fundebat, excipientium oscitantia, aut hallucinatione id evenisse. At his etiam incommodis consultum fuit a Prælectionum Editore; adhibita opera unius, & alterius Sacre Paginæ Professoris, qui testimonia priorum Voluminum in fonte, ut ajunt, diligentissime perquisita, genuinæ lectioni, ac proprio quæque loco summa religione restitueret. Quod si accuratior fortasse, aut saltem par diligentia, quoad reliqua Prælectionum Volumina desideranda superstit, in hac nostra Editione adhibebatur.**

Habebis igitur, Humanissime Lector, e typis nostris integram Serrianorum Operum oblatam Collectionem, haud tamen eo, quem hucusque in contextenda serie superius servavimus, Editionis ordine. Agmen prius ducet amplioris molis Volumen: *De Auxiliis Divinæ Gratiæ &c. Mox: Exercitationes de Christo, ejusque Virgine Matre &c.*, & *Prælectiones Theologica*; cætera deinde exiguae molis Opuscula. *Historiam de Auxiliis, Opella* aliæ circa idem argumentum versantes, velut pedessequæ, aut affectæ sequentur. *Exercita-*

ditiones, quæ ut supra diximus, in Romano Indice repositæ fuerant, editi jam censorii li-  
 belli excipient, quos subinde Sandini, & Basile lucubrationes comitabuntur. Post bi-  
 na pariter Opuscula alterum de Romano Pontifice, alterum Theologia Supplex, a Sacra Con-  
 gregatione, ut admonuimus, repudiata, Lucini, & Vandendyck opposita scripta in adver-  
 sam aciem prodibunt. Opportunum hoc nempe, ac necessarium duximus, ut ejusdem Congre-  
 gationis regulæ hac de re religiose ferventur, salva quoque Clarissimi Auctoris fama, quem  
 a communi Ecclesiæ doctrina vel hilum aliquando volentem recessisse, numquam nobis per-  
 suadere valebimus.



S E R I E S  
 E O R U M,

Quæ in hac nova SERRT Operum Editione  
 continentur.

TOMUS PRIMUS.

I.  
 Præfatio Generalis Operum omnium cum  
 Elogio Auctoris.

Judæorum errores, de promisso sibi Libe-  
 ratore, nova methodo refelluntur: Chri-  
 stianæ Religionis Mysteria omnia, ad certam  
 Historiæ fidem exiguntur, explicantur, de-  
 fenduntur. Editio nova ab Auctore reco-  
 gnita, & multis Exercitationibus hætenus  
 ineditis locupletata.

II.  
 Præfatio Particularis ad Historiam de Au-  
 xiliis

II.  
 Difesa del Libro intitolato: Exercitationes &c.  
 cum versione latina.

III.  
 Historiæ Congregationum de Auxiliis Divinæ  
 Gratiæ Quatuor Libri priores.

III.  
 Historia Familie Sacræ ab Antonio Sandino  
 collecta.

TOMUS SECUNDUS.

I.  
 Historiæ Congregationum de Auxiliis Liber  
 Quintus adversus Theodorum Eleutherium.

IV.  
 Animadversiones anticriticæ in Historiam Sa-  
 cræ Familie ab Antonio Sandino novissi-  
 me Scriptam.

II.  
 Historiæ Congregationum de Auxiliis Divinæ  
 Gratiæ Defensio adversus Querelam Ca-  
 roli Galparis Metzénii Academiæ Trevi-  
 rensis Syndici.

V.  
 Foglietto di Venezia Num. 22. per il dì 28.  
 Maggio 1735. cum Versione Latina.

III.  
 Appendix Historiæ Congregationum de Auxiliis;  
 qua varia continentur Instrumenta,  
 seu scripta paulo prolixiora, quam ut Hi-  
 storiæ Narrationi commode inseri potue-  
 rint, & idcirco in postremum locum consulto  
 missa sunt.

VI.  
 Mantissa ad Animadversiones in Judicium de su-  
 prædictis Animadversionibus anticriticis.

TOMUS TERTIUS.

I.  
 Exercitationes Historiæ, Criticæ, Polemicæ de  
 Christo, ejusque Virgine Matre, quibus

VII.  
 Marthæ Basile adversus Exercitationes Serry.

TOMUS QUARTUS.

Prælectiones Theologica - Dogmatica - Polemica -  
 Scholastica. Opus Posthumum in varios  
 Tractatus distributum.

I.  
 DE Trinitate adversus Hæreticos, Schismaticos  
 Raymundum Lullum, aliosque Theologos.  
 De

I I.

De Mundi Opificio, primis Parentibus, & Paradiso Terrestri.

I I I.

De variis Humanæ Naturæ Statibus: scilicet de Natura pura; de Natura innocente, seu Originali Justitia; de Natura lapsa, seu de peccato Originali, de Natura reparata adversus Janfenium.

I V.

De Homine factio, adversus Hæreticos, & Angelicæ Scholæ adversarios.

V.

De Divina Gratia, de Divina Scientia, & de Voluntate Dei.

V I.

De Fide, ejusque certitudine, obscuritate atque necessitate; de Symbolis; de Sacra Scriptura, & Traditione; de Conciliis; de Romano Pontifice; ejusque super Concilia Generalia præstantia auctoritatis, potestatis, atque jurisdictionis.

V I I.

De Sacramentis in genere; & in particulari de Baptismo, de Circumcisione, de Baptismo Joannis, de Confirmatione, de Matrimonio, de Pœnitentia, de Timore & Amore Dei, de Merito Sanctorum, de Indulgentiis, de Censuris, de Excommunicatione, de Suspensione & Interdicto.

TOMUS QUINTUS.

I.

DE Romano Pontifice in serendo de Fide, Moribusque judicio, falli & fallere necio: eodemque Conciliis Œcumenicis, Auctoritate, Potestate, Jurisdictione, superiori: Dissertationes duæ secundis curis recognita, illustrata, & a calumnia vindicata. Accedit Appendix multo auctior de mente Ecclesiæ Gallicanæ, & Academiæ Parisiensis, circa duo illa Sedis Apostolicæ privilegia. Editio recentior, magna rerum accessione ab Auctore aucta, & illustrata.

I I.

Preservatio contra la Critica di alcuni falsi Zelanti, quo se se a nonnullorum criminacionibus strenue vindicat.

I I I.

Romani Pontificis Privilegia adversus novissi-

mos Ofores vindicata; duplex Dissertatio cum duplici Appendice. Auctore Fr. Aloysio Maria Lucino Ord. Præd. S. Th. Magistro, & in Urbe Commissario Generali Sancti Officii. Editio secunda auctior, in qua Anonymi Dissertatio apologetica, seu Infallibilitatis Pontificiæ justis terminis circumscripta explicatio, atque defensio expenditur, & refutatur.

I V.

Infallibilitatis Pontificiæ justis terminis circumscripta fusior explicatio, firmiorque defensio. Dissertatio apologetica secundis curis adornata, adversus novissimum Privilegiorum Pontificiorum vindicem; eundemque novo addito editioni suæ secundæ Supplemento obstinatus adnitemem. Editio secunda aucta, & castigata.

V.

Anti - Theses contra Fr. Hyacinthum Serry Prim. Theol. Patav. conantem Pontificiam infallibilitatem certis terminis circumscribere: Auctore Fratve Aloysio Maria Lucino Ord. Præd. Commiss. Generali S. Officii.

V I.

Theologia Supplex coram Clemente XII. Pontif. Max. Clementinæ Constitutionis: Unigenitus Dei Filius &c. explicationem, & intelligentiam submisit rogans: ad Catholicarum Scholarum libertatem, indemnitatem, & pacem; ad purioris, saniorisque doctrinæ tutelam, ad Sanctorum Conciliorum, ac Patrum defensionem, ad Hæreticorum, protervorumque hominum, indistincta illa ambiguarum propositionum damnatione turpiter abutentium confusionem, ac dedecus sempiternum.

V I I.

Colloquium Patavinum inter Publum, & Nævium adversus Theologiam Supplicem Paris Mag. Serry.

V I I I.

Colloquii Patavini calumnia depulsa: seu ad Clariss. Virum Epistola Apologetica, in qua Colloquium Patavinum inter Publum, & Nævium, ignorantia, fraudis, calumniæ convincitur: appictis ad singula illius capita notis censoriis, & anticriticis.

I X.

Clementina Unigenitus, a nuperis Anonymi Auctoris dubis vindicata: hoc est, Theologia Supplex refutata, brevi, sed clara 101. Propositionum Paschasti Quæsnelli ex ipsismet damnati Auctoris verbis plerumque desumpta explicatione, per Fr. Pium Vandendyck Ord. Præd. S. Theol. Mag. in Universitate Lovaniensi Licentiatum, Theologum Casanatensem, Belgam.

Joan-

TOMUS SEXTUS.

I.

CONFUTATIO responsi Epistolari a Gabriele Daniele S. J. ad primarii Academiæ Patavinae Theologi literas dati, qua singula ejusdem Responsi capita continuata serie refelluntur.

I I.

Divus Augustinus D. Thomæ, ejusque Angelicæ Scholæ secundis curis conciliatus, in questione de Gratia primi Hominis, & Angelorum. Editio multo auctior, magnaque rerum accessione illustrata, & contra nonnullos obscuros prioris impugnatores vindicata, asserta, confirmata.

I I I.

Vindiciæ Vindiciarum Ambrosii Catharini: seu de necessaria in perficiendis Sacramentis intentione, Theologica Dissertatio, contra Domesticum Impugnatorem vindicata, defensa confirmata, magnaque rerum accessione novissime aucta, & illustrata.

I V.

Suffragia Censoria in causa Ven. Fr. Sebastiani ab Apparitio, Pyrausta vulgo dicti. Suffragium F. Jacobi Hyacinthi Serry.

Theologorum Parisiensium, & Salmanticensium.

F. Nicolai Buico de Spinazzola P.P. O. M. C.

Theologicum Anonymi.

Michaelis Verii P.P.

V.

Græci Theologi de Christo Pascha suum præmature, atque in pane fermentato celebrante Dissertatio, a Theologo Latino censoriis notis dispuncta, & confutata.

V I.

Melchioris Cathi Canariensis Episcopi O. P. Vindicationes instar Prologi Galeati ad Libros illius duodecim de Locis Theologicis.

V I I.

Juris Naturalis & Gentium doctrina Metaphysica asserta. Disputatio habita in Gymnasio Patavino a Fr. Nicolao Concina Ord. Præd. Metaphysicæ Professore.

V I I I.

Observationes Censoriæ in Libellum: cui titulus est: Juris Naturalis, & Gentium doctrina Metaphysicæ asserta a Fr. Nicolao Concina O. P. Metaph. Prof. novissime publicatum.

X.

Joannis Checcorii Canonici Vicentini, & in Academia Patavina Historiæ Ecclesiasticæ Professoris Symbolum Fidei circa mysterium Trinitatis vernacula lingua enarratum: Hoc est: Simbolo, o Professione di Fede del mistero della Santissima Trinità. Censura in eundem Symbolum.

Checcoriana Fidei professionis a Serryana Censura Vindicatæ, elaboratæ a quodam Sacerdote Seculari Vicentino, quibus illa a conviciis, quæ perperam oneratur, dispungitur, eamque Orthodoxæ Religionis doctrina non adversari, palam, ostenditur. Confutatio defensionis pseudo-Symboli; nec non Censurarum, quibus confixum fuerat redintegratio, confirmatio, explicatio.

X I.

Joannis Checcorii novum systema Prædestinationis, & Gratiæ, Vernacula lingua scriptum: Hoc est: Nuovo sistema della Prædestinazione, e della Gratiæ. Censura novi hujus Systematis.

X I I.

Divus Augustinus Summus Prædestinationis, & Gratiæ Doctor a calumnia vindicatus, adversus Joannis Lauroji Traditionem sætu posthumo recens editam, & peculiari Clementis XI. Pontif. Max. Decreto nuper inusitam.

X I I I.

Epistola Joannis Lauroji ex Elyfio ad Generalem Societatis Jesu Præpositum data, qua conceptum ex lata in suam de Gratia & Prædestinatione Traditionem sententia dolore amice significat: Augustini abs se traducti culpam Societatis Theologorum exemplo depellit: nihil demum toto ferme Libello scriptum ostendit, quod ab iis summa fide non delibatur.

X I V.

Lettre du R. P. Serry Docteur de la Faculté de Paris, & Premier Professeur dans l'Université de Padoue au R. P. Daniel Jesuite, pour servir de réponse a la Lettre de ce Pere adressée au tres R. P. General de l'Ordre de S. Dominique, en date du 22. Fevrier 1705.

X V.

Schola Thomistica vindicata, seu Gabrielis Danielis e Soc. Jesu Tractatus Theologicus adversus Gratiam seipsa efficacem censoriis animadversionibus confutatus; quibus Moliniana inventa pro Fidei dogmatibus ab eodem Daniele venditari; Augustini doctrinam non exponi, sed impeti; Scholam Thomisticam inique traduci, ac fugillari demonstratur.

## I X.

De Monachatu Benedictino D. Thomæ Aquinatis apud Cassinenses Historica Disquisitio.

## X.

Jo. Fran. Bernardi M. de Rubis O. P. adversus Monachatum Benedictinum D. Thomæ Aquinatis Dissertatio.

## X I.

Specimen Historiæ Venetæ Joannis Gratiani, editum a Collectoribus, Notis Anticriticis castigatum.

## X I I.

Oratio Funebris habita in Ecclesia SS. duodecim Apostolorum de Urbe occasione Exequiarum Eminentissimi, ac Reverendissimi Fr. Laurentii Brancati Card. de Lauræa.

## X I I I.

Oratiuncula XIV. habita Patavii dum lauream Theologicam Candidatis conferebat.

## X I V.

Brixia marens creptum sibi Præfulem queritur. Item: Patavium exultans afflictam Brixiam consolatur. Elegiæ II. & Carmina quædam.

## X V.

Difesa del Giudizio formato dalla S. Sede Apostolica, nel dì 20. Novembre 1704. e pubblicato in Nankino dal Card. di Tournon alli 7. Febbrajo 1707. intorno a' Riti, e cerimonie Cinesi: Contro un Libello sedizioso intitolato: *Alcune Riflessioni intorno alle cose presenti della Cina.* A cui vengono annesse tre Appendici contro le tre Scritture Latine (che per la prima volta si sono inserite a suoi luoghi) ultimamente stampate dalli Difensori de' medesimi Riti condannati. Opera di un Dottore della Sorbona. Seconda Edizione accresciuta di varie Notizie. Cum versione latina, quæ hunc Titulum refert: *Defensio Judicii a S. Sede Apostolica pronuntiati die 20. Novembris 1704. & die 7. Februarii 1707. Nankini a Card. Tournonio promulgati, circa Ritus, & Cereemonias Sineses: contra Libellum seditiosum, cui ritulus: Animadversiones circa præfentes Controversias Sineses. Accedunt*

*tres Appendices contra vicia Scripta ( pro prima vice suis locis inserta ) novissime in lucem edita ab eorum damnatorum Rituum defensoribus. Auctore Doctore Sorbonico. Secunda Editio variis Notitiis aucta.*

## X V I.

Le Mahometisme toléré par les Jesuites dans l'Isle Chio. 1711.

## X V I I.

Contra-Riposte, o siano esami di tutte le Scritture pubblicate dai Protettori de' Riti condannati della Cina; Intorno ad un fatto accaduto in Scio nell'anno 1694. e riferito come di passaggio in aggiunta alla seconda Edizione della Difesa del Giudizio formato dalla S. Sede Apostolica. Cum versione Latina. nempe: *Refutationes, sive Examina Tabularum omnium; editarum a Patronis damnatorum Sinesium Rituum, circa rem anno 1694. in Chio Insula gestam, ac veluti in transcurso relationem in additione ad alteram Vindictiarum Judicii, a S. Apostolica Sede lati, Editionem.*

## X V I I I.

La Calunnia Convinta, cioè risposta ad un Libello pubblicato da' Difensori de' Riti condannati della Cina. Sotto il titolo di *Lettere d' avviso d' un buon amico, al Dottore di Sorbona, Autore della Difesa del Giudizio formato dalla Sede Apostolica &c.* Cum versione Latina. Hoc est: *Calumnia depulsa, idest, Responsio ad Libellum, a proscripctorum Sinesium Rituum Patronis evulgatum, hoc præfixo ritulo: Officiosi Amici Epistola admonitoria ad Doctorem Sorbonicum, Auctorem Vindictiarum Judicii, ab Apostolica Sede lati &c.*

## X I X.

Atti della Controversia Letteraria insorta in Padova, tra alcuni Professori di quel famosissimo Studio per causa dell' Epitafio del Signor Conte Daniello Antonini seppellito in Coro di S. Agostino dell' Ordine de' Predicatori. Cum versione Latina: nempe: *Acta Controversiæ Litterariæ Patavii inter nonnullos Celeberrimi illius Gymnasilii Professores exorta Epitaphii causa D. Comitis Danielis Antonini in S. Augustini Prædicatorum Ordinis Choro sepulti.*

# HISTORIA CONGREGATIONUM DE AUXILIIS DIVINÆ GRATIÆ SUB SUMMIS PONTIFICIBUS CLEMENTE VIII. ET PAULO V.

IN QUATUOR LIBROS DISTRIBUTA,

Et sub ascitio nomine AUGUSTINI LE BLANC, Lovanii primum publicata: nunc autem magna rerum accessione aucta, insertisque passim pro re nata adversus nuperos Oppugnatores vindicationibus, asserta, defensa, illustrata.

ACCEDIT PRÆTEREA LIBELLO NUPER TYPIS EDITO

LIBER QUINTUS

Superiorum librorum Apologeticus,

Adversus THEODORI ELEUTHERII eodem de argumento Pseudo-Historiam.

AUCTORE ET DEFENSORE

F. JACOBO HYACINTHO SERRY.

PARS PRIMA.

D I V O  
AURELIO AUGUSTINO,

1. S. Hieronym.  
Epist. 30. ad Aug.  
2. C. Perron. l. 1.  
Resp. ad Reg. Brit.  
3. Prosp. in Carm.  
de Ingrat.  
4. Amolo in frag-  
mento Epistol. ad  
Hincm.  
5. Prudent. Epist.  
ad Hincm. &  
Pard.

6. Anax Epist.  
139. ad Aug.

7. Consent. E-  
pist. 221. ad Aug.

8. Ildelphon.  
Ser. 2. de B. Vig.  
9. Possianus E-  
pist. ad Maced.

10. Cassiodor.  
l. 2. Inst. cap. 12.

11. S. Prosp. in  
prolog. cons. Coll.

12. S. Victor Vi-  
ton. lib. 1. de  
pers. Vand.

13. S. Greg. M.  
in Sacram.

14. Cassiod. prol.  
sup. Psk.

15. S. Agatho  
R. P. Epist. ad  
Aug.

16. S. Coelest. R.  
P. Epist. ad Gal.  
los Epist.

17. Auctor dia-  
logi, in quo Arnob.  
& Serapion collo-  
quuntur. Tomo 5.  
Bibliot. Patr.

18. Martinus I.  
Epist. ad Eccles.  
Carth.

19. Concil. To-  
let. IV.

20. Martinus V.  
serm. in transf. S.  
Mon.

21. Sixt. IV. Con-  
stit. an. 1471.

22. Martinus V.  
ubi supra.

- 1. ANTIQUE FIDEI CONDITORI,
- 2. VETERIS ECCLESIE ORI, AC LINGUE,
- 3. SACRORUM CONCILIORUM INGENIO,
- 4. SUMMO PRÆDESTINATIONIS, ET GRATIÆ VINDICI
- 5. PATRUM OMNIUM SINE ULLA DUBITATIONE DOCTISSIMO:  
QUO DILIGENTIUS NEMO SCRIPTURARUM ABSTRUSA EXQUISIVIT,  
VERIUS INVENIT, VERACIUS PROTULIT,  
LUCULENTIUS ENODAVIT, FIDELIUS TENUIT,  
ROBUSTIUS DEFENDIT, FUSIUS DISSEMINAVIT.
- 6. LEGIS ORACULO  
SACRATORI JUSTITIÆ,  
INSTAURATORI GLORIÆ,  
SALUTIS ÆTERNÆ DISPENSATORI:
- 7. CUI CÆLUM IPSUM SUBLIMITATE COGITATIONUM  
INTRARE CONCESSUM EST;
- 8. CUI CONTRADICERE NEFAS.
- 9. DIVINITATIS IMAGINI, SAPIENTIÆ ABYSSO,  
PATRI PATRUM, DOCTORUM DOCTORI;  
PARI ANGELIS, FERVORE;  
PROPHETIS, MYSTERIORUM REVELATIONE;  
APOSTOLIS, VERITATE PRÆDICATIONE;  
MARTYRIBUS, DESIDERIO PASSIONUM.
- 10. HÆRETICORUM DEBELLATORI,  
FIDELIUM DEFENSORI:
- 11. QUO DUCE CATHOLICA ACIES XX. AMPLIUS ANNIS  
CONTRA INIMICOS GRATIÆ CHRISTI,  
PUGNAVIT, AC VICIT.
- 12. ELOQUENTIÆ FLUMINI, SACERDOTUM GLORIÆ  
DOCTORUM MAGISTRO, PAUPERUM PERFUGIO,  
VIDUARUM ADVOCATO, ORPHANORUM TUTORI,  
LUCI MUNDI:
- 13. QUEM DEUS TAM MULTIMODO GENERE PIETATIS IMBUI,  
UT IPSE ILLI ET ARA, ET SACRIFICIUM,  
ET SACERDOS ESSET, ET TEMPLUM.
- 14. CAUTISSIMO DISPUTATORI,
- 15. VERITATIS PRÆDICATORI PRUDENTISSIMO.
- 16. NULO SINISTRO SUSPICIONIS RUMORE ASPERSO:  
QUEM QUI IN ALIQUO REPREHENDENDUM ELOQUIO DIXERIT,  
SE IPSUM ORE SUO HÆRETICUM PRODIT.
- 18. ECCLESIE CATHOLICÆ ORATORI,
- 19. INVESTIGATIONIS ACUMINE CAUTO,  
ASSERENDI COPIA PROFLUO,  
ELOQUENTIÆ FLORE VENUSTO:
- 20. QUO AUCTORE JAM FACTUM EST,  
UT NEC PHILOSOPHIS SAPIENTIAM INVIDEAMUS,  
NEC ORATORUM ELOQUENTIAM DESIDEREMUS,  
NEC STUDIOSORUM INGENIA REQUIRAMUS.
- 21. EVANGELII, AC SACRARUM SCRIPTURARUM  
SCRUTATORI SUBTILISSIMO;
- 22. SINE QUO NIHIL PENE SACRIS IN LITTERIS POTEST INTELLIGI.

HISTORIA  
CONGREGATIONUM  
DE AUXILIIS  
DIVINÆ GRATIÆ  
SUB SUMMIS PONTIFICIBUS  
CLEMENTE VIII. ET PAULO V.  
AUCTORE ET REPERORE  
E. JACOBO HYACINTHO SERRY.  
PARISIIS

23. Gregor. VII.  
in Apolog. pro de-  
cret.

24. Alex. VII.  
in Brevi ad. Lo-  
van.

25. S. Hieronym.  
Epist. 30. ad Aug.  
26. Pius II. E-  
pist. 130. ad Card.  
Carvajalum.

27. Rupertus  
Lib. 7. de Operib.  
Spir. S. cap. 19.

28. Beda lib.  
de atate mun.  
29. Prudentius  
Ep. ad Hincm. &  
Pardulum.

30. Card. de  
Noris lib. 2. Hist.  
Fel. cap. 7.

31. Clemens X.  
in Brevi Indul.  
an. 1671.

32. S. Prosper  
Carin. de Ingra-  
tis.

NIHIL NISI EO INTERPRETE EXPLICARI.

23. OMNIUM VIRTUTUM VIRO

24. LAUDEM, ET GLORIAM SUPERGRESSO:

25. QUEM CUM UNIVERSI CATHOLICI VENERENTUR,  
OMNES DETESTENTUR HÆRETICI,

26. NULLIUS TAMEN LAUDIBUS CRESCIT,

NULLIUS VITUPERATIONE MINUITUR.

27. COLUMNÆ, AC FIRMAMENTO VERITATIS,

28. MUNDI MAGISTRO;

29. CUJUS DOCTRINAM APOSTOLICÆ SEDIS SUBLIMITAS,

ET TOTIUS ECCLESIAE CATHOLICÆ UNITAS,

CONCORDI AUCTORITATE PROBAT, AC ROBORAT:

30. CUJUS DE DIVINIS AUXILIIS PRONUNCIATA

IN PONTIFICUM ROMANORUM ORACULA,

IN SYNODORUM CANONES,

IN FIDEI REGULAM TRANSIERE.

31. SPIRITU DEI PLENO;

32. CUI ET CIBUS, ET VITA, ET REQUIES

DEUS EST;

DELICIAE CHRISTUS.

**E L E N C H U S**  
**PARAGRAPHORUM PRÆFATIONIS,**  
**LECTORI PERNECESSARIÆ,**  
**Qua Actorum fides asseritur, vindicatur, multa-  
que continentur ad præsentis Historiæ  
elucidationem opportuna.**

§. I. Rationes edende Historiæ.

§. II. De recentiorum hujus Historiæ Corruptorum  
confessione.

§. III. De prima inter Recentiores scribendi occa-  
sione.

§. IV. De Triumphis Molinæ nuper in Gallia ex-  
citatis, Illustrissimi Rhemensium Archiepisco-  
pi Decreto disturbatis, ac desectis.

§. V. De Litteraria Concertatione R. P. Natalis  
Alexandri Ord. Predic. cum R. P. Da-  
niele Jesuita de Divina Gratia.

§. VI. De Codicibus MSS., e quibus præsentis Hi-  
storiæ petita est.

§. VII. De Card. Ludovico Madruto, ejusque MSS.

Item de Petro Lombardo Archiepiscopo Ar-  
machano, & Hieronymo Baptista de la Nu-  
za Episcopo, &c.

§. VIII. De Gregorio Coronello, ejusque MSS.

§. IX. De Jacobo Bossuto, ejusque MSS.

§. X. De Illustrissimo Pegna, ejusque MSS.

§. XI. De Thoma de Lemos, ejusque MSS.

§. XII. De Decreto Innocentii X.

§. XIII. Prima Controversiarum Prolusio. Grima-  
nus, Patriarcha Aquilejensis, Augulini-  
ana, ac Thomistica doctrinæ vindex, diu  
a malevolis appetitus, Tridentina Syno-  
di judicio tamen absolvitur.

# PRÆFATIO

*Lectori pernecessaria, qua Actorum fides asseritur,  
vindicatur; multa-que continentur ad præsentis  
Historiæ elucidationem opportuna.*

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

*Rationes edende Historiæ.*



Quod animis, votisque conspirantibus experitum tandiu fuit, feliciter illud, at-  
que omni ex parte confectum est. Historiam celeberrimarum Congregatio-  
num de Divinae Gratiae Auxiliis in publicum damus, unius quidem vo-  
luminis angustiis comprehensam, nullo tamen rerum magnitudinis de-  
trimento, nulla veritatis injuria. Eruditorum aequè, ac curiosorum votis  
factum satis. Habebunt illi, unde argumenti sublimitate ingenia exercent;  
isti, unde eventuum insolentia animos delecent. Nulla enim ab ipso Chri-  
stiani nominis exordio fideles inter sese concertatio tenuit aut partium diffi-  
dentium ardore pertinacior, aut controversiæ quæstionis sublimitate dignior, aut casuum varietate ju-  
cundior.

Nullus tamen, dum id aggredimur, nobis est animus, invidiosam litem repetere, & obligata jam  
pridem vulnera refricare. Positos enim a Pontificibus terminos scimus, quos prætergredi nefas. con-  
stitutos, donec sanciti Judicii solennitas accesserit, fines novimus, quibus non contineri religio est.  
Una nobis cura fuit, una voluntas, nobilissimam Historiæ Ecclesiasticæ partem in lucem edere, ne si  
natalitiis tenebris diutius delitescat, spes omnis demum excidat Operis conficiendi. Quare Censura-  
rum omnium, Judiciorumve, quibus pars altera petita fuit, consideratione seposita; (iis enim, quod  
jus attinet, adstringi neminem, satis novimus) in unam facti veritatem intenti; celeberrimæ contro-  
versiæ tractationem adornavimus, ut hæc Sacrorum Annalium lacunam, ab antiquis Scriptoribus præ-  
termissam, resarciremus, ac recentium quorundam ex Gallia fabulatorum audaciam, si fieri quidem  
id potest, pro modulo nostro cohiberemus.

Dolimus quippe, viros etiam eruditos in ea rerum istarum ignorantia versari, ut neque quo lo-  
co fuerint alias, neque quo sint hodie, satis sciant; dum hanc privatæ scholæ litem existisse pu-  
tant, vel certe ultimo judicio definitam, vel temporis diuturnitate conscriptam. Exhorruimus hæ-  
reticorum audaciam, qui neglectam in Ecclesia Romana Augulini doctrinam, probatumque apud Pon-  
tificios, ut ajunt, Pelagianum errorem fabulantur. Recentiores demum Divinae Gratiae Tractatores  
ægre tulimus, qui dum aliquas ex occasione hujus Historiæ lacinias suis quaternionibus suunt, non  
tam Historiam scribere, quam fabulas adornare videntur. In utrisque dedocendis insudatum est, utrif-  
que detracta larva. Celeberrimos enim virorum Religiosorum Ordines in causam vocatos, turbata Re-  
gna, discissas Academiæ, commissos Episcopos, violata Apostolicæ Sedis jura, & si quid aliud peri-  
tior astutia potuit, tentatum non sine stupore invenient, quotquot litem istam scholasticæ duntaxat  
velitationis loco habent. Tenendæ Augulini doctrinæ zelum in Clemente VIII. & Paulo V. ex-  
perientur Hæretodoxi, quo nec majorem in Innocentio, nec ardentiorum in Celestino commendat  
antiquitas. Actorum denique fidem a nobis ubique servatam intelligent recentiores hujus Historiæ cor-  
ruptores, ne & nos illorum morem secuti, pro affectu, non pro veritate scriberemus. Id unum sal-  
tem optandum, ut suis tandem gregalibus insuffurrare, sparisque libellis effutire desinant, Molinam  
suum ob impugnatam duntaxat physicam Prædeterminationem a Prædicatoribus tractatum esse, dum  
ex publicis Congregationum istarum tabulis noverint, diem illi coram Apostolica Sede dictam ob  
assertiones longe plurimas, quibus Pelagianismum denuo suscitaverat, obtritaque jam pridem, & ob-  
soleta Massiliensium arma recuderat.

Rem totam ab ovo petere necesse fuit, ab iis nempe turbinibus, quos in Hispania passim, & Bel-  
gio excitarunt superiori seculo Lessiana, ac Moliniana paradoxa; cum primum, soluta tenendæ S.  
Thomæ Doctrinæ lege, suo quisque indulset ingenio, ut accommodatioris Theologiæ fundamenta pone-  
ret.

ret. Quocirca texendæ Belgicarum Censurarum Historiæ, earumque vindicandæ Orthodoxiæ magnam prioris Libri partem consecravimus, non modo occasione nata, sed adigente necessitate; quæ si unquam alias magna, nunc certe maxima visa fuit; quo ex tempore non privati tantum, ut olim Moliniani, sed totius jam Ductor exercitus, disseminato Romæ veri, ac falsi Thomismi Parallelo, celeberrimarum Academicarum Censuras non modo traduxit uti Pseudo-Thomisticas, verum etiam illis, quod injuriam magis, Janseniani erroris labem asperit. Multa nos in hanc rem pro officio diximus, quæ solidæ Apologiæ loco haberi possint. Verum, quia in ea propulsanda calumnia intra historiæ descriptionis modum hæsimus, & ab instituto nostro aliènum existimavimus dogmaticas controversias ingredi, & ad Theologiæ Scholasticæ limam vocare, quæ Janseniano luto hæere contendit suo illo vulgato libello novissimus accusator; rem nos Lectori gratam facturos arbitrati sumus, si Theologicam Paralleli confutationem, ab erudito Lovaniensis Academiæ Deputato Romæ sub idem tempus elucubraram, referremus inter cætera Appendicis nostræ documenta, ne ulla ex parte Belgicarum Censurarum orthodoxia calumniæ pateat. Interea suo saltem damno nosse possunt precipites, ac illiberales accusatores, quam infeliciter censoriam virgam exercent; cum suos nuper libellos, Curie Matritensi datos, quibus Theologos Lovanienses tritis illis, ac vagis Jansenismi accusationibus notabant pro more suo, a supremo Hispaniarum fidei Quæsitore, ac novissime a Sacro Romanæ Inquisitionis Tribunali damnatos experti sint: quibus fatius erat, Innocentii XII. Pontificis optimi Maximi Decreto (1) hæere firmiter, quo effronem illam objectandi Jansenismi licentiam ab Orbe Christiano eliminatam voluit.

Fecit ejusdem argumenti necessitas, ut Tellerianæ novorum Christianorum Apologiæ (ubi fam liberallyter Belgicæ Censuræ hæreses insimulantur) adversam fortunam Romæ habitam paulo distinctius narraverimus, dum illic triennio pene integro forum tenuit. Quæ instituti nostri erant, duntaxat attingimus, cæteris longe missis, quæ ad impactas religiosi Missionariis calumnias, confictaque instrumenta propriis attinebant, ut ex hoc uno intelligant universi, quam festivo suo nuper libello de cultu Sineasium jactarit Gobianus, Tellerium suum, nulla Romæ accepta clade, victoriam integram reportasse. Non judicium, quod re ipsa sub Innocentio XII. latum esse constabat, sed judicii solemnitate effugerat Tellerius; atque id quidem speciosis circulationibus, vanisque promissis, quibus Apologiæ suam intra breve tempus expurgaturum se, iudicibus adpromisit, postquam vanis illos terculamentis minus stesli comprobaverat. Horum unum fuerat inter alia longe multa festivum fati, ac lepidum initio tentatum a suis, ut magni nominis umbra Romanos, quibus P. Tellerii genus ignotum erat, terrefacerent. Oblique scilicet innuebant, & ad aures clanculum musitabant, Apologiæ Editorum ex inclita Telleriorum gente sanguinem ducere, quæ Galliarum nuper Imperio supremos Administratos dedit, & Cancellarios, primosque etiamnum Franciæ Patres, ac Duces habet. Quod ubi nonnullis, qui Romæ tunc aderant, Gallis innouit, mirum, quo risu exceptum est. Sed est, qui Gobianum pro meritis exagitet, ne commilitonis triumphis, ac suis accinere pergat. Eique nunc tandem ora præcludit, nec ulterio epincinium canere sinit Clemens XI., qui inter primas suscepti Pontificatus curas Judicium, in suspensio positum, publici juris fieri voluit, die 22. Decemb. 1700., cuius exemplum dabimus loco suo.

Historiæ nostræ finem fecimus, qua parte excitata contra Molinam de Divinis Auxiliis Controversiæ tractatio desit, solemnisque pro obtinenda sancti Judicii promulgatione supplicationes actæ sunt. Periculofam, ac multis scopulis celebrem Jansenismi historiam attingere religio fuit, ut minore uteremur invidia; tamen nemo nesciat eruditus, multa in hujus argumenti tractatione adnotari potuisse, quæ Scholæ Augustino-Thomisticæ nedum faveant, sed & integram illi de Jansenismo simul, ac Molinismo triumphum adscribant. Provinciam illam aggressi sunt bene multi, aggredientur & alii, quorum studiis gratulamur: nos minore quidem, sed interim quietiori fortuna frui malimus.

Id instituto nostro plus satis est, gratiam se ipsa efficacem, gratuitamque prædestinationem, pro quibus in hisce Congressibus tanta cum gloria certavit Thomistica Schola, a damnatis quinque famosis propositionibus longe distare. Hoc Romani Pontifices, a quibus sententia lata est, vivæ vocis oraculo, & Orbi notissimo, contestati sunt alias: Hoc S. Congregatio sancti Officii significavit, cum Decretum in Comitibus Generalibus Religiosi cujusdam Instituti, a Generali Ministro, & Definitoribus Romæ 28. Junii an. 1691. conditum, rescidit, & a domesticis Ordinibus Tabulis expungi iussit: quo Decreto statuerant boni Patres, ut ad evitandas quædam, ut aiebant, doctrinas, que quandam

(1) Breve ad Episc. Belgii die 6. Feb. 1694.

affinitatem cum propositionibus jam olim contra Bajum, Jansenium, aut similes, per summos Ecclesiæ Pastores damnatis, habere videntur, quæque in Provincia Flandrico-Belgica, si non explicite, & directe, saltem indirecte & implicite sustineri a non paucis affirmabantur; ad illas, inquam, evitandas statuerant, ut gratia pure Molinistica, & prædestinatio a meritis prævis pendula, a suis illorum Partium Professoribus docerentur: quasi damnatis per Ecclesiam erroribus hærent Thomistica dogmata, aut certe non longe inde distarent. Hoc nuper significarunt dignissimi Præsules, (1) pietate, religione, zelo, doctrina spectatissimi, Institutionibus Pastoralibus, quibus hæc ipsa dogmata nedum in tuto posuere, verum etiam, ut Augustiniana doctrinæ capita, fidelibus interpretati sunt. Hoc hodie eruditorum omnium, ac piorum mentibus adeo infidet, ut ne Moliniani quidem confidentiores, scriptis authenticis diffiteri jam audeant. Scriptis authenticis, dico: Quid enim si furtivis interdum typis libelli famosi prodeant; (2) Ecclesiastica Problemata, quibus dignissimorum Præsulum Decreta Pastoralia, religionem, fidem insectantur; Augustiniana dogmata, ab iisdem exposita, Janseniani erroris petulanter insimulant; Pontificiam quinque propositionum damnationem in assertiones orthodoxas confidentius regerunt? Sunt hæc profecto opera tenebrarum, non alia luce digna, quam quæ illis ex supremi Galliarum Senatus Edicto (3) decreta est, accenso scilicet ad infamiam rogo; non alia, qua versentur, manu digna, nisi ferali, & carnificina, qua flammis ultricibus, ad perenne fabricatorum dedecus, addicta sunt.

Cæterum meminere universi, nos, repugnante animo, manum tandem calamo admovisse, nec nisi diu provocatos ab eis, qui suas nuper fabulas tanta fiducia venditarunt, ut sibi victoriam accinerent. (4) Pio silentio Religioni diu litavimus, cum aliquantulo etiam causæ dispendio: at eodem produca res est libera illa quilibet audenti, fingendique licentia, ut faxeos nos esse oporteat, si stylo diutius parceremus. Equis enim surda aure pertranseat, quæ nuper de celebri Auxiliorum controversia tot Theibus, ac libellis vulgata sunt, atque jactata? Quis publicam rerum inibi gestarum fidem non violari modo, verum etiam ludibrio verti, sicis oculis videat? Quis demum Molinismum sacri Confessus suffragio coronari patiatur, cujus iudicio proscriptus, damnatusque est? Tibi soli tacebunt homines? Et cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis? (5) Justa ergo defensionis titulo scribimus, naturali, ut credimus, jure asserto. Quem exitum res habuerit in ea solemnî Controversiæ tractatione, palam prodere necesse est, ne publica fidei illudatur confidentius: (6) id enim si minus alias; nunc certe maxime, sciri omnium interest. Si qui vero scriptionem nostram moleste ferant, imputent sibi, qui nolentes, at repugnantes ad scribendum provocarunt. Ab ipsis enim jacta est alea, quorum potius intererat, iusto silentio famæ suæ non minus, quam Religioni litasse.

Hoc præsentis testor, hoc posteros meminisse volo.

Orandum modo superum Regnator, & hominum, ut qui vicem Christi ejus in terris gerit, supremam intentatæ liti, cujus integram tractationem oculis subjicimus, diem imponat, & oppignoratam vulgandi olim meditati iudicii fidem exsolvat. Etsi enim decretam sententiam, tandem aliquando promulgandam, non pauca olim momenta suadere viderentur; graviores tamen causæ curæ temporis accessere, ex quo Calvinianæ sectæ Professores injudicatam Auxiliorum controversiam in Ecclesiæ Romanæ dedecus vertunt, tanquam periisset lex a sacerdote, & consilium a senioribus: fiduciarium Pauli V. Rescriptum, quo partes dissidentes futuri iudicii expectatione suspensas flere interim iussit, jocum, ludumque faciunt: litem demum in suspensio positam, uti mutantis Apostolicæ Sedis, & deficientis apud Pontificios, ut ajunt, Traditionis argumentum; petulantius obrudunt. Audacia hujus specimen prodidit profugus Calvinianus in libro gallice inscripto: Critique generale de l'histoire de Calvinisme, seu Examen critique Histoire Calvinienne, pag. 206. secundæ editionis, anno 1683; curata, ubi clarissimi Thuanus verba recolens, lib. 131. Historiarum, A prudentissimo Pontifice Controversia ista (7) composita est, ut eam non notam ab initio, optasse ostenderet, & in ea decidenda nihil existimationi illorum, qui eam moverant, detractum vellet; ita demum in Romanam Ecclesiam stylym acuit vir illius defensor, & fidei: (8) Auxiliorum Controversia, sub Clemente VIII. Thomistas inter, & Mo-

(1) Archiep. Parisiensis die 20. Augusti 1690. (2) Probleme Ecclesiastique a M. P. Abbe Boileau &c. (3) Die 10. Januar. 1699. die 15. ejusdem. (4) Lege §. 4. 5. 6. (5) Job 11. v. 3. (6) Lege l. 4. c. 28. & hic §. 12. Job 11. v. 3. (7) Alterat de l'œuv. Thuanus, dicit controversiam compositam, atque decisam inuit; nisi forte compositionem, ac decisionem fiduciarium intelligi velit. (8) La question de Auxiliis ayant été vivement agitée à Rome sous le Pontificat de Clement VIII. entre les Thomistes, & les Molinistes, toute la decision que l'on put tirer de l'infalibilité de S. Siège fut, qu'il eût été à souhaiter, que l'on n'eût point remuée cette question; mais que l'on n'entendait pas néanmoins, que l'honneur de ceux, qui l'avoient remuée reçût aucune sorte d'atteinte. Qui a jamais ont parlé d'une aussi plaisante manière d'arrêter? A quoi sert ce Tribunal infallible de l'Eglise, certe lumière infallible de la Tradition, si le Procès décidé l'an 1607. regne encore plus que jamais entres les paries? Il a bien la mine de durer autant que l'Eglise Romaine.

Molinianis egris animis agitata, id unum ab indeficienti Apostolica Sedis Tribunali extundi potuit, optandum scilicet, ut ne ipsa quidem questio mota fuisset; nil tamen illorum existimationi detrahendum, qui eam in initio moverant. Equis unquam decretum usque adeo festivum, & joculari pronunciatum audiret? Ut quid illud Ecclesie Tribunal, falli nescium, lumenque Traditionis indeficiens, si lis anno 1607. iudicata, partes inter dissidentes longe quam antebac obstinatius recrudescit? Verisimile porro est, hanc non nisi cum Ecclesia Romana finem ultimum habituram. Hæc ille, cujus inanem declamationem festinata fanciti iudicii promulgatione cohiberi, bonorum omnium votum est; ne filii segreces, in spem novam erechi ob dolendum illud scholarum divortium, contumaci fronte minitentur, bellumque in Ecclesiam non tam suo robore, quam nostris dissidiis animosius instarent.

## P A R A G R A P H U S S E C U N D U S.

De recentiorum hujus Historie Corruptorum Confessione.

Tamet si pauca, atque ex occasione tantum, de Auxiliorum historia dixerint aliqui; minor adhuc apud illos veritatis cura fuit. Satis ipsi se produnt ex publica confessione. Sherlogus, sub Pauli Leonardi nomine delitescens, qui plura reliquis hoc de argumento dixit, nusquam se Disputationum, aut Judiciorum Acta legisse, sed divinationes, ac publicæ sanæ rumoros consuluisset, profiteatur. Licet, inquit, (1) qualis extiterit minutatim publici examinis Censura, profusus ignoremus; QUA ORIGINALIA ACTA CONSULERE NON LICUIT; tamen, si ex effectibus, & fama divinandum est, magna spes est, lata tum suffragia pro Scientia-Media. Quæ vero, amabo, divinatoribus fides, aut quæ vagis famæ rumoribus stat auctoritas?

De Actorum lesione gloriatur quidem Gabriel Henao, alter nugaram venditor; sed suam illam gloriationem in causæ suæ dedecus vertit, dum nulla sibi adfavere contestatur. Acta conscripta, inquit, (2) in favorem nostrum nulla exstant, sed solum orationes, seu declamationes recitatae a Valentia, Arrubale, Bastida, super punctis prescriptis a Clemente, & Paulo. Bene profecto, bene! Habemus hic fatentem reum. Unum ab illo postulaverim, quam sibi velit prestari fidem, dum, posthabita Originalium Actorum veritate, fabulas agit.

Non ab similem confessionem a Petro Fulienfi vis veritatis extorsit, dum doctissimi Bossutii, qui unus e causæ Judicibus Romæ sedit, Diarium historicum Prædicatoribus suffragari monet. Aperte, inquit, (3) favet Dominicanis. Quid-ni vero favisset, si quæ gesta referebat, litem Prædicatoribus adjudicabant? Aut quæ illum necessitas movit, ut Prædicatoribus adfaveret, nisi ita historia veritas postulasset? Sedebat enim Judex ab omni partium studio solutus; eaque scribebat omnia, quorum ipse pars magna fuerat.

Suam alii religionem causari malunt, quominus Acta consulerent, aut illis ad scribendum uterentur; cum eam, nihil scribendo, multo facilius comprobassent. Si quæ enim, ne Acta in usus adhibeant, religio vetat; plura certe, ne fabulas scribant, jura prohibent. Ita vero fabulari eos necesse est, quotquot, neglectis Congregationum Actis, ad scribendum animum inducunt.

Hinc æqui rerum æstimatores in antecessum intelligent, quæ fides Petro Fulienfi, Leonardo Sherlogo, Gabrieli Henao, Theophylo Raynaudo, Francisco Annato, Joanni de Ripalda, Jacobo Plateo, Eugenio Philadelpho, Christophoro Ortega, Francisco Perrino, Philippo Briesio, Petro Possino, Michaeli Tellerio, ac demum personato Societatis Auctori, qui libellum famosum adversus Archiepiscopi Rhemensis Censuram nuper edidit; quos toto passim Opere, data occasione, exagitabimus. Horum etenim ne unus quidem occurrit, qui istarum Congregationum Acta vel leviter attigerit, aut suos in usus accommodarit. Id vero mirandum magis, quod cum in isto argumenti genere cæcuerint universi, oculatissimi videri velint: tanta est in nugis venditandis confidentia!

P A-

(1) l. p. sect. 4. num. 21. (2) In 1. prt. ad Scient. Med. Theol. defe. nu. 62. (3) In suavi Concor. disp. 4. sect. num. 4.

## P A R A G R A P H U S T E R T I U S.

De prima inter Recentiores scribendi occasione.

Orta primum scribendi occasio anno 1630. ex obscuris quorundam rumoribus. Vulgaverant scilicet aliqui, Scientiam-Mediam nullo in Auxiliorum Congregationibus iudicio petitam esse: sed is rumor obscurior erat, & sine capite in Academia Salmanticensi. Inter hæc scribebant de scientia Dei Theologi Carmelitæ strictioris Instituti, qui ut vanos rumores dissiparent, in facti veritatem inquirere. Instructa quæstione, compertum fuit ex Virorum omni exceptione majorum testimonio, Scientiam-Mediam Romæ sub Clemente VIII. & Paulo V., datis iudicibus circiter triginta, causa cecidisse. Inter alios vero testes Thomam de Lemos tacito nomine proferebant, qui id Diario suo contestatus erat, & morti proximus confirmaverat. Hæc omnia, inquebant Carmelitæ Salmanticenses, (1) non ex proprio Marte adinvenimus, sed a viris gravissimis, omni exceptione majoribus, de quorum veritate nulla suspicio suboriri cordate potest, accepimus. Quia tamen oppositus rumor ab aliquibus sparsus fuit, propterea, ut omnis deceptionis morale periculum, quantum in hac parte fieri potest, fugeremus, in Romanæ Curia peculiarem diligentiam, & sollicitudinem ad hoc examinandum adhiberi curavimus; & diligentia ista adhibita, compertum, rem ita se habere, sicut a gravissimis illis Viris acceperamus. Idque Romæ notissime testatus est quidam Theologus, qui omnibus Congregationibus a nobis recentis attentissime interfuit, & cuncta in eis acta diligenter notavit, & ne oblivione delerentur, illa scriptis fideliter commisit: quippe non solum maxima sapientia, sed egregiis virtutibus adeo floruit, ut post suum obitum plura ediderit miracula. Et ut ejus testimonium adhuc firmitus, & omni exceptione majus maneat, testamur vicum istum gravissimum, octo diebus ante suum obitum, & antequam in morbum, quo vitam finivit, incidisset, ac proinde dum in sacra Theologia, & sanitate maxime vigebat, ea, quæ diximus, ingenue fassum esse.

Hæc dum in Hispaniis scribebant Carmelitæ, suum in Galliis de libertate Dei, & creaturae eruditum Opus luci dedit Guilielmus Gibleus Doctor Sorbonicus, & Gallicani Oratorii Presbyter; quod ex mandato Cardinalis Berulli, Congregationis ejusdem Parentis, superiori proxime anno defuncti, & elucubravit, & Urbano VIII., cui Berullus pro eximiis meritis acceptissimus erat nuncupavit anno 1630. Quod illi pressus, ac velut ex occasione tetigerant, susus confirmavit, nullo inter se colato consilio, sed uno aspirante veritatis studio.

Quadriennio post, eandem illam Salmanticensium narrationem confirmarunt Prædicatores Duacenses, qui secundam editionem historiae Pelagianæ Didaci Alvaresii curarunt, ubi, addita sub finem Appendice, Lemosii verba ex illius Autographo retulerunt. Ex triginta iudicibus, qui vel Cardinales, vel Episcopales insulis conspicui, vel ex gravioribus inter Regulares erant, omnes, uno, atque altero dempto, & Summos Pontifices Clementem VIII., & Paulum V., ut Doctores particulares, judicasse, veram, & germanam S. Augustini, & Thomæ sententiam a Thomistis adversus Ludovici Molinæ doctissimos, & acerrimos Defensores propugnatam esse.

Salmanticensium, ac Duacensium studiis obsecundavit Joannes a S. Thoma, anno 1637. Lemosii testimonio Clarissimi Pegnæ suffragium addidit, e cujus Diario nonnulla petiit ex prioribus Congregationibus, coram D. Episcopo Agathensi celebratis, de Scientia-Media, suisque in D. Thomam Commentariis interuit, publicis Notariorum instrumentis confirmata. Partis etiam adversæ silentium, quæ nihil post annos sex Salmanticensibus reposuerat, vertebat in veritatis argumentum: quasi nihil, quod reponeret, opportunum occurreret: Satis temporis evolutum est; sex enim anni sunt, ex quo liber est publicatus, ut possit ab adversariis tale testimonium in historia infringi, & redargui. Sed factum est, & ita factum tenet. (2)

Molinæ sectatores momordit verbum illud. Rem suam agi existimaverunt, magnamque Scholæ suæ dedecus accessurum, nisi hujusmodi narrationes brevi resellerent. Pugnarunt itaque pro aris, & focis Joannes Martines de Ripalda, Petrus a S. Joseph Fulienfis, Paulus Leonardus, Franciscus Annatus, aliique deinceps; quibus cum opportuna fatis argumenta non suppeterent, eam styli amaritudinem usurparunt, quæ rationum loco illis esset. Pro Salmanticensibus, & Joanne a S. Thoma steterunt ex opposito Vincentius Baronius, Antonius Reginaldus, Joannes Casalafius, Paulus Fasseaulius, cæterique non pauci. Acris inter illos commissa pugna. Sed, ut pauci Congregationum Acta lega-

Serry Tom. I.

b

rant,

(1) Tract. 3. de Scient. Med. disp. 10. dub. 3. S. 2. num. 69. (2) l. p. disp. 20. quest. 14. a. 6.